



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Meyeri S. Literarum Doct. & Prof. Uxor  
Christiana Sive De Conjugio Inter Duos Deque Incestu Et  
Divortiis, Dissertationes Tres**

**Meier, Johannes**

**Amstelædami, 1688**

Q. II. An vidua defuncti mariti matris dimidio fratri nubere possit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40272**

## CAETERISQUE NUPTIIS ILLICITIS 59

filii tui, ne retege, propter affinitatem eam interdictam esse, ait,  
& ob eandem generum esse vetitum, id est generi uxorem vetitam.

XI. R. Moses Mikkotzi legem de nuru ita exponit praecepit negat.

שלא לבא על כלתו בן כי' בנו בן לאח' מיות בון בין טן הארוכין 93. בין בן הנישואין כמו שניינו בפרק ארבעה מיות, שנאמר ערות כלתו לא תחולב אשת בן היא ונומר וככלנו מרכותינו כי מלא תנלה ערותה שלא הגזע לכתב Non congregendum esse cum nuru, tam superflite filio, quam mortuo eo, tam desponsatione sola, quam consecratione ei copulata, quemadmodum didicimus in Codice Sanhedrin Cap. VII. f. 53. Et accepimus a Rabbini nostris, quod ex illis verbis, ne retege nuditatem ejus, que ad interdicendum nurum scribere non erat opus, discamus, interdictum etiam extendi ad nurum post mortem filii. Idem tradens R. Levi Barze. prae. 201. addit: Verisimiliter hunc reatum etiam respicere filium nothum, qui filius ejus est. Et Rabbini per hujus legis segmentum etiam prohibuerunt nurum filii & nepotis ut ad finem usque seculi, sed filia nurum tantum. Quo ipso significant, non modo filii nurum, sed & cunctorum nepotum ex eo & nepotibus continenter descendantium uxores esse vetitas. Ex qua lege iterum concludimus, quia soror prohibitur nurus, multo magis patri filiam prohiberi, sicut filiae interdictum eliciimus ex com. 7. & 10.

XII. Hisce legibus ita expositis, instituti ratio exigit, ut iterum ad questiones hic agitari solitas, breviter respondeamus, & varios casus matrimoniales, qui in Mose disertis verbis expressi non leguntur, enodemus. *Quae i primo* potest, An defunctæ uxoris patris dimidiam sive consanguineam sororem ducere permisum sit? Qui casus in vicinia nuper occurrebat. Resp. 1. extra controversiam possum, patris sororem esse vetitam Lev. XVI 11, 12. 2. indubitat quoque est, dimidiam sororem pro sorore haberi, ejusdem Cap. 7. 9. 11. 3. quandoquidem vir & uxor sunt una caro Gen. 11. 24. etiam uxoris patris germanam sive consanguineam sororem ducere non licet. Idem confirmatur ex com. 14. & honestas ac respectus parentum ac liberorum ejusmodi nuptias non permittunt, si res adhuc sit integræ. *Quaritur secundo*, An vidua defuncti mariti matris dimidio fratni nubere possit? Quod negatur eodem fundamento, quo casus precedens. *Quaritur tertio*, An alicui consanguineæ sororis filii viduam ducere liceat? Resp. cum Theologis Leydensibus, Heidano, Coccejo, Hoornbeekio, ejusmodi matrimonium pugnare cum legibus

H 2

Lev.